

quod, si aliqui Patres quarti & quinti seculi eam vocarent sacramentum, locuti sunt de sacramento improprie dicto, qualiter omnes caeremonie Ecclesie possunt vocari sacramenta. Ut hic erit confutetur.

Probatur primo conclusio ex Scriptura: Actuum 8. Petrus & Joannes missi ad Samaritanos jam baptizatos, ut Spiritum sanctum illis conferrent, dicitur super eos manus imposuisse, & additur ex tali impositione manuum continuo Spiritum sanctum illis fuisse collatum. Item cap. 19. dicitur quod cum Paulus eos qui baptizati erant baptismo Joannis, iussisset iterum baptizari, manus eis imposuit, & Spiritus sanctus in eos descendit. Ex quibus sic possunt argui: Ceremonia illa in manuum impositione consistens, per quam dicitur Apostoli Spiritum sanctum baptizatis contulisse, erat verum sacramentum. Sed aliud esse non poterat, quam illud quod in Ecclesia Catholica Confirmatio appellatur: Ergo ritus ille qui in Ecclesia Catholica Confirmatio appellatur, est verum nove legis sacramentum. Major probatur: Signum sensibile gratie sanctificantis, in actuali exercitio ipsius conferendae, & a Deo, sive Christo institutum, est verum sacramentum in nova lege: Sed caeremonia illa quatuor ista habebat: Constat enim in primis quod esset signum sensibile. Secundo in actuali ejus exercitio conferebatur inallibiter gratia, quia dabatur inallibiter Spiritus sanctus. Tertio illud signum erat ad hoc a Deo, sive Christo institutum, tum quia ineredibile est Apolos hoc caeremonia tam communiter fuisse usos ad conferendum Spiritum sanctum, nisi fuisse a Christo instituta: tum etiam quia Apostoli consueverunt non potissimum propria auctoritate Spiritum sanctum, tam certo & inallibiter, in usu talis caeremonie. Minor etiam contra hereticos evidenter demonstratur: Illi enim duo tantum sacramenta agnoscunt. Batismum scilicet & Eucharistiam: At illa impositio manuum Apolosorum manifeste non erat Eucharistia, sed nec poterat esse Batismus, quandoquidem fiebat post Batismum, & jam baptizati dabatur: Ergo si erat verum sacramentum (ut jam ostensum est) non poterat esse aliud, quam illud quod in Ecclesia Catholica Confirmatio appellatur.

Respondent primo Hæretici, illam manuum impositionem fuisse tantum caeremoniam quandam baptisimi, qua Apostoli baptizatos Deo commendabant, & offerbant, atque pro illis orabant.

Sed contra primo: Si illa manuum impositio fuisset aliqua tantum caeremonia baptisimi, potuisset adhiberi a quocumque a quo poterat baptismus conferri: Sed hoc repugnat Scripturæ, nam Actuum 8. Philippus Diaconus baptizabat, nec tamen manus super baptizatos imponebat, sed Petrus & Joannes ad hoc faciendum venisse dicuntur: Ergo &c.

Secundo, si illa manuum impositio fuisset solum quandam oblatio & commendatio, seu oratio pro iis qui susceperant sacramentum Baptisimi, quid opus erat Apostolos ab Hierosolymis vocare, ut venissent usque in Samariam: ab Hierosolymis triginta duobus miliaribus distans: quali non possent orare pro absentibus, eoque Deo commendare & offerre?

Tertio, Aperte constat Act. 8. & 19. Apolos per manus impositionem dedisse Spiritum sanctum: Ergo illa non erat solum nuda caeremonia & oblatio baptizatorum, sed verum sacramentum conferens gratiam.

Nec valet quod dicunt heretici, per illam manuum impositionem non datur fuisse gratiam facientem, sed tantum gratias aliquas gratis datas, puta donum linguarum, vel donum prophetie, quod probant ex eo quod scriptura dicit Act. 19. eos quibus Paulus manus imposuerat, locutos fuisse linguis, & prophetasse. Non valet, inquam, tum quia Spiritus sanctus non datur per collationem gratie gratis datæ, sed tantum per infusionem gratie sanctificantis. Tum etiam, quia gratia gratis datæ in primitiva Ecclesia non conferebantur omnibus, sed aliquibus tantum, prout Ecclesie expeditabat, unde Apostolus 1. ad Corinth. 12. Nunquid omnes Prophetæ? Nunquid omnes loquuntur lingua? Sed donum Spiritus sancti, de quo locis citatis Scriptura loquitur, dabatur omnibus per manuum impositionem. Ergo tunc donum erat gratia sanctificantis, non vero aliqua gratia gratis data, licet interdum etiam quandam gratiam gratis datam, per talem manuum impositionem, una cum gratia sanctificante conferretur.

Respondent secundo hæretici, illam manuum impositionem inesse quidem caeremoniam ad dandum Spiritum sanctum institutam a Christo, sed solum ex speciali privilegio, quod non dirivavit nisi tempore Apolosorum, subindeque ritum illum qui nunc ab Ecclesia Romana fit, & Confirmatio dicitur, non esse verum nove legis sacramentum. Idque probat Kennitius ex eventu, ad impositionem enim manuum Apolosorum descendebat (inquit) visibiliter lingua ignee, quod tamen modo non contingit.

Sed contra: 1. Cyprianus Epist. 73. ad Jubanum, postquam retulit factum Apolosorum Petri & Joannis Act. 8. subjicit: Quod nunc quoque apud nos geritur, ut qui Ecclesie baptizantur, prepositis Ecclesie offerantur, & per nostram ora-

tionem, ac manus impositionem, Spiritum sanctum consequantur, & signaculo dominico consummantur. Item Augustinus 15. de Trinit. cap. 16. Orabant (inquit) Apostoli Altor. 8. ut Spiritus sanctus in eos veniret quibus manus imponebant, quem morem in suis discipulis seu Episcopis, etiam nunc servat Ecclesia: Ergo factum est quod solum tempore Apolosorum caeremonia illa impositionis manuum, ex speciali privilegio, a Christo ad dandum Spiritum sanctum instituta fuerit.

Secundo, cum eadem causa propter quam Deus in impositione manuum Apolosorum Spiritum sanctum tribuebat, locum adhuc habeat in Ecclesia, omni enim tempore egent fideles virtute Spiritus sancti, ad resistendum in persecutione, & defendendam fidem, non est cur negetur privilegium illud adhuc in Ecclesia perseverare. Quod autem Spiritus sanctus in linguis igneis non descendat modo visibiliter, sicut tunc, causa rationalis est quam assert Augustinus lib. 3. de Baptismo cap. 16. quod scilicet initio Ecclesie, ad fidem plantandam & nutriendam, ejusmodi miracula sensibilia necessaria essent: modo autem hæc non requiruntur, sed sufficit quod Spiritus sancti invisibilis gratia nobis conferatur.

Probatur secundo conclusio ex SS. Patribus qui Melchiam dem precesserunt, & tribus primis seculis floruerunt. Primo loco se offerunt Dionysius, qui in libro de Eccles. hierarchia expressam facit mentionem sacramenti Confirmationis, nam cap. 2. sic ait: Baptizatum induitum alba veste ad Pontificem ducunt: Ille de manu dextera proferens unguentum virtutis signat. Et cap. 4. Et (scilicet synaxi) spiritum est aliud sacramentum, quod per episcopos nostris unguenti mysterium nominant. Ejus etiam meminit Clemens Romanus Epist. 4. dicens: Omnibus festinandum est sine mora venisse, & deponere signari ab Episcopo. Quibus verbis aperte declarat, in infantibus simul atque baptizati essent, dari solere confirmationem. Unde in vetusto libello Romani ordinis legitur, Pontificem in die Pasche egredi a fonte in sacrum, ibique sedere & expectare, ut infantes qui baptizati fuerant, essent veliti, ut eos confirmaret. Item Tertullianus de resur. carn. cap. 8. infans etiam antequam Ecclesie consecraretur, quæ adultis Catechumenis rite preparatis, tria sacramenta eodem die conferebant, primo Baptismum, secundo Confirmationem, tertio Eucharistiam: de Baptismo ait, Caro albitur, ut anima emaculetur: de Confirmatione: Caro ungitur, ut anima consecretur; caro signatur, ut anima maneat, caro manus impositione adumbratur, ut anima Spiritu illuminetur. De tertio, seu de Eucharistia. Caro corpora Christi vescitur, ut deo saginetur. Quibus verbis tria in sacramento Confirmationis (inter Baptismum & Eucharistiam medio) repetitionis, luculenter describit: nam in Confirmatione primo ungitur Christinate, deinde signatur, quia forma hujus sacramenti est, signa resque crucis, ungo te christinate salutis. Demum in ea manuum impositione adumbratur. Addit idem Auctor in libro de prescriptioibus, Gentiles etiam consueverunt confirmare jam baptizatos: Tinguunt & ipsa demum quosdam unguere credentes & iudiles suos, & sic adhuc intetiae Melchior, signat ille in frontibus milites suos. Et in libro de Baptismo: Deinde (id est statim post Baptismum) inquit manus imponitur per benedictionem pronocans: & sic: nos Spiritum sanctum. Tandem Cyprianus epist. 2. docet eos qui apud hereticos baptizati & confirmati fuerant, cum redeunt ad Ecclesiam, non esse iterum baptizandos, sed esse confirmandos.

His Patrum testimoniis adungi possunt plurima antiquiorum Conciliorum decreta: nam in Concilio Laodiceno antiquissimo can. 7. jubetur Novatiani sacro christinate ungi. Et in Aurelianensi apud Gratianum de consecrat. dist. 5. Can. ut juni, precipitur ut adulti jejuni ad Confirmationem veniant, & prius confessionem facere moneantur. Et in Concilio Meldensi apud eundem Gratianum, eadem dist. Can. Ut Episcopi, sic legitur: Non nisi jejuni, per impositionem manuum Spiritum sanctum tradant.

Ex his resoluta manent duo priora mendacia hereticorum, dicentium nec in Scriptura, nec in Traditione priorum seculorum, reperiri sacramentum Confirmationis, unde superest refellendum tertium quod asserunt, nimirum Patres quarti & quinti seculi, dum Confirmationem sacramentum appellarent large & improprie nomen sacramenti usurpasse. Si ergo argumentor: Sancti Patres in ea proprietate asserunt Confirmationem esse sacramentum, quæ est Baptismus: At Baptismus est propriissime sacramentum: Ergo SS. Patres censent etiam Confirmationem esse strictè & proprie sacramentum. Minor est certa, & ab hereticis conceditur: Major vero probatur primo ex Cypriano Epist. 72. ad Stephanum Papam, ubi de Baptismo & Confirmatione loquens, sic ait: Tum demum plene sanctificari & esse filii Dei possunt: si Sacramento utroque nascantur. Probatur secundo ex Ambrosio 1. 3. de sacramentis e. 2. ubi hæc scribit: Post baptismum sequitur spirituale servaculum (id est Confirmatio) quæ post baptismum (supple baptismalem in quo sanctitas inchoatur) sequitur ut perfectio fiat quando ad invocationem sacerdotis infunditur Spiritus sanctus. Item Aug. 1. 2. contra litteras Petilianas cap. 104. sacramentum Christinatis (id est Confirmationem) æquiparat Baptismo, in ratione sacramenti: In hoc unguento (inquit) sacramentum Christi-

maia vult Petilianus interpretari. Quod quidem in genere visibilium signaculorum sacramentum est, sicut ipse Baptismus.

Et concludit: Disserne ergo visibile sanctum sacramentum, quod est & in bonis, & in malis potest: illi ad primum, illi ad iudicium, ab invisibili unzione, quæ propria est. Rogatus Melchior in Epistola ad Episcopos Hispania denique quoddam majus esse sacramentum, Baptismus, an Confirmatio? respondit: Scitote utrumque magnum esse sacramentum: Ergo juxta SS. Patres quarti & quinti seculi, Confirmatio est sacramentum in eadem proprietate qua Baptismus.

Denique suaderi potest conclusio ratione congruenti, qua nititur S. Thomas hic art. 1. & quæ in eo posita est, quod sicut post vitæ naturalis adeptionem, aliud insuper ad corporale robur & augmentum requiritur: ita conveniens fuit, præter sacramentum Baptismi, quo fit spiritualis regeneratio hominis, aliud a Christo institui, ad spiritalis robur & augmentum acquirendum. Nec obstat quod Christus hoc totum unico Baptismi sacramento prestare poterit, licet enim hoc ita fit, congruum tamen fuit, & magis expediens, quod non nisi duobus sacramentis illa duo tribueret: Primo ut in ipsa sacramentorum diversitate, varietas & multitudo effectuum gratie cognosceretur. Secundo, ut homines difficultatem spiritualis militiæ, suæque nature imbecillitatem, agnoscerent, videndo post copiosam Baptismi gratiam, se adhuc egere speciali robore & protectione Spiritus sancti. Tertio, ut hæc sacramentorum mirabili & sapientissima varietate, magis ab hominibus coleteretur Deus, & professio fidei facta in Baptismo, rata haberetur in Confirmatione.

S. II.

Respondetur infantibus Hæreticorum.

Objiciunt primo Hæretici: Non est idem quod nunc fit ab Episcopis in Confirmatione, & quod ab Apostolis factum narratur Act. 8. & 19. Ergo licet daretur, quod caeremonia illa Apolosorum fuerit verum sacramentum, non sequitur tamen Confirmationem nostram veram sacramenti rationem habere. Consequentia patet, Antecedens probatur. In primis enim ab Apostolis dabatur Spiritus sanctus cum dono linguarum, aliusque donis, quæ jam non dantur ab Episcopis. Secundo, Apostoli tantum manus imponebant: Confirmatio vero nostra fit unzione Christinatis. Tertio, Confirmatio nostra non potest iterari, secus illa manuum impositio, teste Augustino lib. 3. de Baptismo cap. 16. ubi sic habet: Manuum unctio impositio non sicut Baptisma repeti non potest: quæ enim est aliud quam oratio super hominem? Ergo non est idem quod nunc fit ab Episcopis, & quod ab Apostolis factum narratur.

Respondet negando Antecedens: idem enim nunc fit a nostris Episcopis, quod fiebat ab Episcopis quinque priorum seculorum Ecclesie, ut aperte constat ex locis Patrum & Conciliorum supra citatis: iidem autem Patres testantur, Ecclesiam tunc scilicet per Episcopos id quod fecerant Apostoli, eorumque exemplum esse secutam, ut patet ex verbis Cypriani & Angulini supra relatis. Ad primam probationem in contrarium, dicendum est quod licet exordio nascentis Ecclesie sæpe daretur per impositionem manuum Apolosorum Spiritus sanctus, cum dono linguarum, aliusque gratis gratis datis, hoc tamen beneficium accidentario erat illi conjunctum, effectus enim principalis & veluti substantialis illius erat infusio gratie habitualis, quæ nunc etiam datur fidelibus, quando Confirmationis sacramentum recipiunt.

Ad secundam respondeo, unctionem Christinaticam communiter fuisse adhibitam ab Apolos in Confirmatione: Licet enim Lucas compendiosius scribens loquatur solum de manus impositione, Dionysius tamen supra citatus, qui tempore Apolosorum vixit, testatur Apolos usus fuisse unctione Christinatis, & Fabianus Papa Epistola 2. ad Orientales ait, Christum docuisse Apolos conficere Christina. Interdum tamen Apostoli, ex speciali Christi dispensatione, non usi sunt Christina, sed per nudam manuum impositionem hoc sacramentum contulerunt, ut plures docent post D. Thomam hic art. 2. ad 1. & post Concilium Moguntinum can. 18. & Colonienis in doctrina hujus sacramenti: Cum enim tunc Spiritus sanctus super baptizatos visibiliter descendere, & interior unctio evidenti illo Spiritu sancti illapsu factis innotesceret, non erat quare ad eam designandam, sensibilis illius materia qua modo utimur, scilicet Christinatis, applicatio requireretur. Alinunde vero cum interdum plura hominum millia uno die baptizarentur, mosque tunc esset, ut statim baptizati confirmarentur, congruum erat, ut dum Apolos in talia incumbentes, non vacabat singulos unguere, illos ab hac cura liberaret Christus, Spiritu sancto ad solam manuum impositionem patenter veniente.

Ad tertiam dicendum, Augustinum loco citato non loqui de impositione manuum confirmativa, de qua nunc agimus, sed de reconciliativa, quæ in sacramento Peni-

tentiæ fit ad reconciliandum penitentem cum Deo & Ecclesia: hæc enim manuum impositio iterari potest, sicut & ipsum sacramentum Penitentiae, & in ea oratio quædam ab Ecclesia adhibetur. Unde observandum est, manus impositionem fuisse quadruplicem in primitiva Ecclesia, nempe confirmativam, de qua Act. 8. & 19. enarrativam de qua Marci ultimo, Super egeri manus imponunt, & bene habebat: ordinativam de qua 2. ad Timoth. 1. Admonet te ut resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuum meorum. Et reconciliativam, de qua Concilium Carthaginense 4. can. 80. Araustianum 1. can. 3. & Agathense can. 11.

Objiciunt secundo Hæretici: Robur & firmitas spiritualis debet acquiri cibo & potu spirituali, sicut firmitas corporis acquiritur cibo corporeo: Ergo post Baptismum quo spiritualiter renascimur, non est opus nisi sacramento Eucharistia, quod per modum cibi spiritualis institutum est.

Respondeo in primis falsum esse, quod per solam nutritionem acquiratur robur & firmitas, nam etiam unctio & exercitatione, aliusque modis acquiritur. Secundo dico, firmitatem & corroboracionem quæ datur per Confirmationem, non esse quilibet, sed veluti militarem & athleticam, ad fidem fortiter profendam, & defendendam. Adde quod, corroboratio & firmitas per nutritionem, non nisi sensim & longo tempore habetur: Deo autem placuit firmitatem spirituales citius perficere, ut etiam licet in Apolos infusione illa mirabili Spiritus sancti in die Pentecostes, cui respondet quoad effectum Confirmatio sacramentalis. Unde Hieronymus in dialogo contra Luciferianos, Disce hæc observationem (confirmandi baptizatos) ex ea auctoritate descendere, quod post ascensum Domini Spiritus sanctus ad Apostolos descendit.

Objiciunt tertio: Augustinus non cognovit nisi duo sacramenta in Ecclesia, nempe Baptismum & Eucharistiam, ut constat ex Epist. 118. ubi hæc scribit: Primo reverte te volo quod est hujus dispensacionis caput, Dominum nostrum Jesum Christum leni jugo nos subdidisse & servare leni. Unde & sacramentis numero paucissimis, intellectus augustissimis, significacione præstantissimis, societatem novi populi collegimus: sicut est baptismus Trinitatis nomine consecratus, & communicatio corporis & sanguinis Domini, & si quod aliud in scripturis Canonice commendatur. Similia habet libro de doctrina Christiana cap. 8. Ergo ex Augustino Confirmatio non est verum nove legis sacramentum.

Respondeo Augustinum eo loco comparare voluisse sacramenta nova cum veteribus, his presertim duabus rebus, facilitate & præstantia. Quod ut ostenderet, proposuit exemplum in illis duobus sacramentis, quæ omnium facilissima & præstantissima erant, nempe Baptismus, & Eucharistia, non excludit tamen alia quæ sint etiam vera sacramenta, sed potius ea infinnavit, cum dixit: Et si quod aliud in scripturis Canonice commendatur: si enim alia excludere voluisset, non sic locutus fuisset, sed dixisset, nullum aliud in scripturis Canonice commendari. Unde, ut supra ostendimus, sacramentum christinatis, id est Confirmationem, æquiparat Baptismo in ratione sacramenti, & dicit illud sacrosanctum esse, sicut ipsam Baptisma.

S. III.

Alia difficultas expeditur, & quoniam sacramentum Confirmationis a Christo fuerit institutum, breviter declaratur.

Licet certum sit & ab omnibus Catholicis concessum, Confirmationis sacramentum Confirmationis immediate a Christo fuisse institutum, sicut & alia nove legis sacramenta, nam ut ait D. Thomas hic art. 1. ad 1. Instituit novum sacramentum pertinet ad potestatem excellentiæ, quæ competit soli Christo. At tamen quoniam tale sacramentum ab ipso institutum fuerit, valde incertum est, & varia circa hoc circumferuntur Auctorum placita. Aliqui enim volunt, Christum instituisse sacramentum Confirmationis Matth. 19. cum pueris manus imposuit. Ita Bachonius in 4. dist. 7. qu. 1. art. 1. Canius titulo de Confirmatione in principio, immo & Concilium Senonense in Decretis fidei c. 10.

Sed hæc sententia communiter rejicitur. Tum quia inter illos pueros, plurimi non erant baptizati quibus subinde non poterat applicari Confirmatio, unde Hieronymus & Anselmus dicunt parvulos illos oblatos fuisse Christo, ut benedicerentur, & curarentur ab infirmitatibus. Tum etiam, quia ut ait D. Thomas hic art. 1. ad 1. non debuit ante Ascensionem Christi administrari hoc sacramentum, in quo datur plenitudo Spiritus sancti, qui ut dicitur Joann. 7. non fuit datus, nisi Jesus esset glorificatus. Nec obstat auctoritas Concilii Senonensis, quia tantum est Provincia, le, & Summo Pontifice confirmatum non fuit.

Alii docent institutum fuisse hoc sacramentum quando Joann. 20. Christus dixit Discipulis, Accipite Spiritum sanctum, quia tunc data fuit illis potestas illud administrandi, cum tunc solum sint ordinati Episcopi. Ita Conink art. 1. dubio 2. & Layman libro 5. summe Tractatu 3. cap. 1. Verum

S. V.

Alia difficultas capeditur.

44 Quarta difficultas est, utrum de necessitate sacramenti Confirmationis sit quod Christina sit consecratum ab Episcopo, ita ut simplex Sacerdos non possit, etiam ex commissione Summi Pontificis, Christina consecrare?

Ratio dabitur est, quia potest Summus Pontifex (ut infra dicemus) simplici Sacerdoti committere administrationem sacramenti Confirmationis, quod est aliquid majus, quam materiam ipsius consecrare: Ergo a fortiori poterit simplex Sacerdos, ex commissione Papae, consecrare & consecrare Christina, siquae non erit de essentia & necessitate huius sacramenti, quod Christina sit consecratum ab Episcopo.

45 Opposita tamen sententia magis placet, & satis aperte ex Laurentino colligitur: cum enim loco supra citato, abfque differentia dicat, materiam huius sacramenti esse Christina, consecratum ex oleo & balsamo, & ab Episcopo benedictum, videtur sentire, quod sicut oleum est necessarium necessitate sacramenti, ita & benedictio sive consecratio eius, facta per Episcopum.

46 Id etiam constat ex perenni usu Ecclesiae, cum enim nunquam legatur, potestatem Christina consecrandi simplici Sacerdoti ex dispensatione speciali concessisse, quin potius cum Concilium Florentinum dicens, legi aliquando esse dispensatum, ut simplex Sacerdos confirmaret, addat eum hoc deesse facere. Christinae per Episcopum benedictio, signum probabilissimum est, suppositum Concilio, hoc esse necessarium necessitate sacramenti, proindeque non posse Summum Pontificem, vel Ecclesiam, in hoc valide dispensare.

47 Ex quo facile solvi potest fundamentum adverte sententiae, & alteri ratio cur Papa ex Christi voluntate possit conferre potestatem simplici Sacerdoti administrandi sacramentum Confirmationis, non tamen consecrandi Christina. Christina enim facile potest ad quavis loca transferri, Episcopus vero non potest ita facile haberi, unde primum legitur aliquando ob necessitatem fuisse concessum, ut infra patebit, secundum vero nunquam, sed semper prohibuit, ut constat ex Concilio Vormatiensi cap. 2. ubi sic habetur: *Christina consecrare nullas prae Episcopum presumat; & ex Capone Presbyter 26. quae 6. ubi dicitur: Presbyter Christina nunquam consecrat. Congruentia vero huius institutionis, sui maior dignitas materiae huius sacramenti, in qua consecranda, decens erat ut omnes a primis Ecclesiae Palatioribus dependere. Et sicut in naturalibus producere materiam, aliquid excellentius est, quam compositum, eo quod materia non sit producibilis nisi per creationem: sic etiam in Confirmatione excellentius est consecrare materiam, quam sacramentum ipsum ministrare, nam qui materiam conficit, ad modum creantis se habet, & ideo hoc relevatur magnis Ecclesiae Principibus, scilicet Episcopis. Adde quod quamvis daretur, quod majus esset conferre sacramentum confirmationis, quam eius materiam consecrare, argumentum non valeret, non enim omnis qui potest materiam, potest quilibet minus: ut homo potest generare hominem, non aequum: Sacerdos potest consecrare corpus & sanguinem Christi, sed non altaria consecrare, vel alios Sacerdotes ordinare, quod est minus, & veluti quaedam preparatio ad Eucharistiam consecrandam.*

S. VI.

Confirmationis materia preciosa, & forma huius sacramenti explicatur.

48 Ico secundo, materiam proximam Confirmationis esse unctionem Christinatis in fronte, per manus Episcopi, in formam crucis factum.

Constat ex communi usu & praxi Ecclesiae, varisque Conciliorum decretis, praecipue Florentini, in decreto Eugenii. Et quidem primo quod materia proxima Confirmationis sit unctio Christinatis, liquet ex generali regula sacramentorum quae in usu consistunt, nam in his proxima materia est usus materia remota, quia est id quod immediate per formam significatur.

Secundo, quod factum sit unctio in fronte confirmandi, constat ex eodem decreto Eugenii, ubi sic habetur: *Idem in fronte ubi veneranda fides est, & confirmandus inauguratur, ut Christi unctio consecrari crucis.*

Tertio haec unctio christinatica in modum crucis fieri debet tam ut verificetur verba illa formae *signo te signo crucis*, tum etiam ut per hoc declaratur Christianum non debere erubescere crucem Christi, quae secundum Apostolum Judaeis fuit scandalum, Gentibus autem salutis, ut subdit Eugenius loco citato. Tum denique, ut per hoc significetur, totam huius sacramenti virtutem & efficaciam, a cruce & passione Christi derivari. Unde Cyrilianus in libro de Baptismo Christi: *In ejus cruce inquit gloriamur, eiusque virtutem omnia peragunt sacramenta, pro quo signo nihil est sanum neque aliqua consecratio inveniatur.* Hinc etiam

sanctificationum ex parte sublimitas, & profundum, & longe lateque diffunditur plenitudo gratiarum. Aliam insinuat rationem D. Thomas hic art. 4. ad 3. ubi ait: *Hoc sacramentum non solum ordinatur ad hoc quod homo sanctificetur in seipso, sed exponitur cuidam pugna exteriori. Et ideo non solum fit unctio & interiori sanctificatione, cum dicitur: *Confirmo te Christinae salutis, sed etiam consecratur homo exterioris quasi unctio crucis ad pugnam spirituales, quod significatur, cum dicitur: *Consigno te signo crucis.***

Quarto haec unctio debet fieri immediate manu ipsius Episcopi, & non medio aliquo instrumento, quia hoc sacramentum debet fieri per aliquam manus impositionem, ut constat ex supradictis. Quod vero unctio fiat pollice manus dexterae, solum ex ritu prescripto ab Ecclesia, & ex consuetudine habetur: unde validum esse sacramentum, si fieret alio digito, vel manu sinistra, quia vere fieret per impositionem manus, peccaret tamen Episcopus, quia in hoc discederet a consuetudine Ecclesiae, & a ritu prescripto in Pontificali Romano.

Dico tertio: haec forma sacramenti Confirmationis, qua utitur Romana Ecclesia, *Consigno te signo crucis, & confirmo te Christinae salutis, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*, esse convenientissimam, posse tamen hoc sacramentum valide ministrari sub aliis formis, ab illa substantialiter diversis.

Prima pars patet, nam ut observat D. Thomas in forma illa qua utitur Romana Ecclesia, tria designantur, quae in sacramento Confirmationis reperuntur, nimirum signum quo notatur is qui in certam Christinae militiam descendit, robur spirituale quod homini per hoc sacramentum confertur, & causa contentens tale robur, scilicet sanctissima Trinitas, quae convenientissime in hoc sacramento exprimitur, tum, quia illud est perfectio Baptismi, qui fit expressa invocatione Trinitatis, tum etiam quia in Confirmatione armatur Christi miles, ut inter alia mysteria Trinitatem profiteri non embeccat.

Secunda vero pars suadet: nam in edicto Constantini Magni (si tamen vere illius est) quod habetur tomo 1. Conciliorum, ante Concilium Nicaenum primum, Constantinus Magnus refert se a Sylvestro Papa, post Baptismum, in fronte signatum, & Christinae unctum fuisse in haec verba, *Signo te Dons signo fidei, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, in consignatione fidei*. Et apud Ambrosium lib. 2. de Sacramento cap. 7. in fine, haec forma traditur: *Dons Dator omnipotens qui te regeneravit ex aqua & Spiritu sancto, concessitque tibi peccata tua, iste te ungit in vitam aeternam*. Item in quodam Rituali Romano ante annos 800. scripto, haec forma ut refert Alcuinus habetur: *Signo eos Domine signo crucis: ego te confirmo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti*. Denum forma sacramenti Confirmationis in Ecclesia Graeca; haec est: *Signatum deni spiritus sancti, supple est istud: ut patet ex omnibus Graecorum Euchologis, ubi haec forma refertur, & ex secundo Concilio Oecumenico can. 7. ubi expresse traditur, ut testatur Graecorum ritum peritissimus & doctissimus Cardinalis Bessarion, libro de sacramento Eucharistiae, tomo 6. Bibliothecae Sacrae, fol. 482. Hanc etiam esse Graecorum formam asserunt Arcudius Graecus Auctor, de concordia Occidentalis & Orientalis Ecclesiae in sacramentorum administratione lib. 2. c. 6. & 7. Basiliius Pontius de sacramento Confirmationis pagina secunda cap. 7. Vericelli de missionibus Apostolicis titulo 11. sect. 2.*

Nec obstat quod ait Catulphus in concordia utriusque Ecclesiae, Tract. 1. accuf. 7. nimirum Severum Patriarcham Alexandrinum libro de ritibus Baptismi, tomo 6. Bibliothecae Sacrae, refert formam Confirmationis omnino similem Romanae. Nam sicut in Ecclesia Latina in diversis Ritualibus & Pontificalibus est invenire diversas formas Confirmationis, quas jam retulimus, ita mirum non est si in diversis Graecis Euchologis diverse inveniatur forma Confirmationis, sed quae frequentior est in Euchologis Graecis, est illa quam recensimus, ut Auctores citati testantur.

Non valet etiam quod idem Auctor secundo dicit, nempe haec verba, *Signatum deni spiritus sancti*, non esse formam sacramenti Confirmationis, sed ejuisdem christinatis reconciliatoriae caeremonialis; quae ab Ecclesia Graeca olim in Baptismo adhibebatur. Nam praeterquam quod Cardinalis Bessarion, & Arcudius Auctores Graeci, & in Graecorum ritibus peritissimus, expresse testantur, verba illa esse formam qua communiter Graeci utuntur, dum sacramentum Confirmationis administrant: Clemens VIII. in Bulla de instructione Graecorum, quae habetur tomo 3. Bullarii fol. 47. cum prohibuisset Presbyteris Graecis, ne Confirmationis sacramentum conferrent, prohibuit quoque ne ista verba, *Signatum deni spiritus sancti*, proferrent, sed ante illa absolventur Baptismum: At si illa verba non essent vera forma Confirmationis, sed quaedam solum Baptismi caeremoniam continerent, ea certe non prohibuisset, nam Baptismus plures habet caeremonias in Latina & Graeca Ecclesia, quae nulla ratione negligi debent, ut bene scribit Arcudius l. 2. c. 7. Ergo &c.

Ex his

53 Ex his probata manet secunda pars conclusionis, quae asserit sacramentum Confirmationis posse valide ministrari sub aliis formis substantialiter distinctis ab ea qua Ecclesia Romana jam utitur: quis enim negare audeat aliquas ex formis utitur, substantialiter differre ab ea qua hodie Ecclesia utitur, cum in forma Graecorum, & in Ambrosiana, nulla fiat invocatio Trinitatis, nec expressio actionis ministrari, unde dicendum est, Christum non determinasse formam sacramenti Confirmationis, quoad speciem, sed solum quoad genus, & instituisse solum quod hoc sacramentum celebraretur per aliqua verba quae ejus effectum significarent, ac reliquiae potestati Ecclesiae verba illa determinare, unde orta est diversitas illa formarum, diversique ritus sacramentum illud ministrandi in Latina & Graeca Ecclesia. Sicut in sacramento Ordinis Christus non determinavit materiam in specie, sed solum in genere, & voluit quidem quod non conferretur Ordo nisi per aliquod signum sensibile, significativum potestatis quae traditur, non tamen in particulari tale signum designavit: unde in Ecclesia Latina Sacerdotes initiatur per contactum calicis & patenae, & in hac actione character sacerdotalis imprimitur: in Ecclesia vero Graeca, per solum manuum impositionem super caput ordinandi sacerdotum confertur. De quo Tractatu praecedenti disp. 1. art. 5.

ARTICULUS III.

Quodnam sit subjectum capax Confirmationis, & utrum ad ejus susceptionem adulti aliquando obligentur?

54 Dico primo: subjectum capax Confirmationis est qui libet baptizatus. Ita definitum est ab Urbano Papa de consecratione dist. 5. can. Omnes, ubi sic dicitur: *Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum debent spiritum sanctum post baptismum accipere*. Id etiam probat D. Thomas hic art. 8. in corp. quia sicut de intentione naturae est, ut omnis qui corporaliter nascitur, ad perfectam perveniat aetatem; ita & multo magis de intentione Dei est hominem spiritualiter renatum per Baptismum, perferre per Confirmationem.

Idem confirmat in argumento. Sed contra, ex eo quod Spiritus sanctus adveniens in die Pentecostes, Actorum 1. replevit totam domum, per quam Ecclesia designabatur, & quicumque erant in eadem domo qua Apostoli, fuerunt omnes repleti Spiritu sancto: Ergo sacramentum Confirmationis, quod datur ad illam plenitudinem consequendam, debet omnibus qui sunt in Ecclesia exhiberi.

55 Observandum tamen est ex Catechismo Pii V. par. 2. cap. 3. omnibus quidem post Baptismum, Confirmationis sacramentum posse administrari, minus tamen communiter expedire hoc fieri ante rationis usum. Primo, quia major est reverentia sacramenti, ut cum propria fide & dispositione hominis suscipiatur: Secundo, est etiam major utilitas ipsius suscipientis, quia majorem gratiam ex opere operato accipiet, si cum propria dispositione accedat. Tertio, ut magis meminerit quod ei dicitur, cum ab Episcopo alapa cedatur, si deinceps pro nomine Jesu contumelias libenter pati debere. Quarto, ut magis vitetur periculum iterationis, ob ignorantiam vel oblivionem Confirmationis jam acceptae. Denique cum sacramentum Confirmationis sit veluti secunda fidei professio solemnis, per se videtur expediens, ut quando prima in Baptismo facta est per alios, secunda in hoc sacramento fiat per ipsimet suscipientem. Sufficit autem communiter etas septem annorum, atque etiam licite preveniri potest iulla de causa, ut si imminerent persecutiones, sicut tempore nascentis Ecclesiae, vel si pure hac occasione pretermittitur, non possit dies post, ob Episcoporum penuriam, vel aliam similem causam, hoc sacramentum suscipere.

56 Dico secundo: ad recipiendum sacramentum Confirmationis in nullo casu tenentur adulti, sub praepcepto, per se & directe eos obligante. Est contra Scotum, Bellarminum, Turrianum, Martinnonem, & alios. Est tamen D. Thomas in 4. dist. 7. qu. 3. art. 2. quae hanc. 1. in corp. ubi dicit quod sacramentum Confirmationis non est necessitatis, sed utilitatis; quod tamen esset falsum, si in aliquo casu per se tenentur adulti sub praepcepto ipsum recipere, tunc enim esset sacramentum necessitatis praepcepti. Item in hac parte supra quae 65. art. 4. postquam dixit duplitem aliquid necessarium dici, uno modo simpliciter, sine quo videlicet haberi non potest finis, alio modo secundum quid; sine quo scilicet finis non habetur ita inconvenienter, sicut equus necessarius est ad iter; & subdit secundo isto modo necessarium esse Confirmationem, quod tamen patet fore falsum, si Confirmationis esset per se de praepcepto, in aliquo casu.

57 Ratio etiam suffragatur: Nullum enim est praepceptum, neque divinum, neque Ecclesiasticum, per se obligans fideles in aliquo casu, ad susceptionem sacramenti Confirmationis: Ergo sub nullo praepcepto, per se & directe nunquam tenentur illud suscipere. Consequentia patet, Antecedens vero probatur primo de praepcepto divino, quia in nullo Scripturae loco habetur, sicut habentur praepcepta de Baptismo,

Eucharistia, & Poenitentia, neque ex traditione, cum nulla sufficiens traditio habeatur in Conciliis, Patribus, aut Ecclesia, quae praepceptum hoc divinum persuadeat: neque colligitur ex ipsa natura sacramenti, quia sacramentum Confirmationis solum datur ad melius esse: homines autem in vita spirituali non tenentur ad id quod melius est.

68 Probatur etiam Antecedens quoad secundam partem, & ostenditur nullum esse praepceptum Ecclesiasticum obligans fideles ad susceptionem Confirmationis: Ecclesia enim non imponit praepceptum de aliquo sacramento suscipiendo, nisi praesupposito divino praepcepto, determinando scilicet tempus quo illud debet impleri, ut patet in aliis sacramentis necessariis, nempe Baptismo, & Poenitentia; unde cum nullum sit divinum praepceptum de Confirmatione suscipienda, ut jam ostensum est, nullum etiam erit de illa praepceptum Ecclesiasticum. Adde quod, si esset aliquid praepceptum Ecclesiasticum, maxime obligaret in articulo mortis, quod tamen esse falsum patet, tum ex usu Ecclesiae, tum ex Melchade Papa in cap. *Spiritus sanctus*, de consecratione dist. 3. ubi dicit hoc sacramentum non esse necessarium hominibus jam morituris.

69 Dixi autem in conclusione, adultos per se & directe non teneri ad suscipiendum sacramentum Confirmationis, quia interdum per accidens & indirecte ad illud recipiendum obligari possunt, puta ratione scandalii, ut si putaretur aliquis omittere Confirmationem, eo quod eam contemneret, aut non crederet esse sacramentum: vel ratione propriae conscientiae; quando nimirum aliquis fidei persuadet quod absque tali medio tentationes contra fidem non superabit, & credit sibi imminere periculum deficiendi a fide, nisi hoc sacramento roboretur.

66 Contra istam conclusionem obijcit primo: Omnes fideles tenentur ex praepcepto divino esse plene fidei Christiani: Sed ad hoc necessaria est sacramenti Confirmationis susceptio, cum per tale sacramentum homo fiat plene & perfecte Christianus: Ergo homo tenetur ad recipiendum sacramentum Confirmationis. Unde in Can. Omnes supra citato dicitur: *Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum, Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, ut plene Christiani inveniantur*.

61 Secundo, Tenetur ex praepcepto divino quilibet fidelis adultus, non inermis aggredi periculum maximum fidei, & spiritualis militiae: Sed velle absque sacramento Confirmationis coram tyranno fidem profiteri, est velle inermis aggredi periculum maximum fidei & spiritualis militiae; proprium enim est sacramenti Confirmationis armare Christianum in hunc finem: Ergo tenetur fidelis adultus, saltem in illo casu, recipere, si possit, sacramentum Confirmationis.

62 Tertio, Magis obligat bonum vite spiritualis, quam bonum vite corporalis: Sed ita obligat bonum vite corporalis, ut in vita naturali habeat bonum praepceptum adhibendi medium necessarium ut augeatur: Ergo etiam in vita spirituali habet praepceptum suscipiendi medium ordinatum ad augmentum vitae vite, quale est sacramentum Confirmationis.

63 Pro resolutione prima objectionis observandum est ex doctrina D. Thomae in 4. dist. 7. quae 1. art. 1. quae hanc. 2. ad 1. plenitudinem gratiae Christianae duplitem distingui, alia enim est quoad sufficientiam, quae datur in Baptismo, & alia quoad abundantiam, quae datur in Confirmatione, & constituit hominem jam Christianum, militem Christi. Hoc posito

64 Ad primum Respondendo distinguendo Majorem: Omnes fideles tenentur esse plene Christiani, plenitudine sive perfectione quoad sufficientiam concedo Majorem. Plenitudine sive perfectione quoad abundantiam, nego Majorem, & sub eadem distinctione Minoris, nego Consequentiam. Unde quando in Canone *Omnes* dicitur quod omnes fideles per impositionem manus Episcoporum, Spiritum sanctum accipere debent, verbum illud *debent*, non significat praepceptum, sed consilium, huiusmodi sacramenti utilitatem, non vero illius necessitatem, declarat.

65 Ad secundum nego Minorem, licet enim qui in occasione profertendi suam fidem coram tyranno, negligit confirmari armis illis specialibus quibus milites Christi sacramento Confirmationis induuntur, nolit corroborari; quia tamen aliunde, scilicet gratia baptismalis, cum virtutibus & auxiliis ipsi correspondentibus, sufficienter ad resistendum praemunitur, non est dicendum periculum fidei inermis aggredi.

66 Ad tertium, concessio Antecedente, nego Consequentiam & paritatem; Ratio discriminis est, quia medium ordinatum ad augmentum vite corporalis, unicum est, scilicet nutritio; et contra vero illud quod ordinatur ad augmentum vite spiritualis, est multiplex, adeo ut aliis mediis, quam gratiam Confirmationis possit quis augere in se gratiam.

ARTICULUS IV.

Quinam sit proprius sacramenti Confirmationis effectus?

Facilis est resolutio hujus difficultatis ex dictis articulis precedentibus. Unde

Dico breviter, proprium ac speciale sacramenti Confirmationis effectum, esse augmentum gratiae, quo homo roboratur ad profitendam fidem, & acquirit jus ad specialia auxilia pro illo actu constanter eliciendo.

Patet ex Florentino in decreto Eugenii, ubi dicitur, in hoc sacramento dari Spiritum sanctum ad robur, ut Christianus Christi nomen audacter confiteatur. Idem testantur antiquissimi Patres, Dionysius, Clemens, Tertullianus, Augustinus, Cyprianus, & Melchias Papa in Epistola ad Episcopos Hispania, ubi haec scribit: Spiritus sanctus qui super aquas Baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudine tribuit ad innocentiam, in Confirmatione augmentum praestat ad gratiam. In Baptismo regeneramur ad vitam, post Baptismum confirmamur ad pugnam. In Baptismo abluimus, post Baptismum roboramur. Et paulo post: Confirmatio armat & instruit ad agones mundi hujus superandos.

Id ipsum docet D. Thomas hic art. 7. ubi ait quod in Confirmatione datur Baptismo Spiritus sanctus ad robur, sicut Apostoli datus est in die Pentecostes. Unde virtutem Confirmationis ex his quae Apostolis evenerunt, declarandam docet Catechismus Romanus, parte 2. de sacramento Confirmationis num. 21. his verbis: Si Pastores voluerint divini hujus sacramenti effectum ostendere, satis erit, quod ipsi Apostoli evenere experire: illi enim ante passionem, vel sub ipsam passionis horam, adeo infirmi & remissi fuerant, ut cum Dominus comprehensus esset, statim se in suam conjecerint: Petrus vero quies muliercula voce perterritus, se Jesu Christi discipulum esse, non sine, aut iterum, sed tertio negaverit, ac post resurrectionem omnes propter metum Judaeorum incluserunt, domi se continerent. At vero in die Pentecostes, tanta Spiritus sancti virtute omnes repleri sunt, ut cum Evangelium quod eis commissum erat, non solum Judaeorum incluserunt, sed universos erbo, audacter & libere disperserunt, nihil sibi felicitas accideret, post existimaverunt, quam quod aliquid habuerunt, qui pro Christi nomine testimonium dabant, vincula, tormenta, crucis perterriti.

Denique eadem veritas ex materia & forma hujus sacramenti manifeste ostenditur: Etenim unctio & confirmatio, & haec verba robor, Confirmatio, significant gratiam quae confertur vi hujus sacramenti, dari in ordine ad certam & luctam, roborque spirituale ad fidem constanter profitendam, conferre. Hoc autem robur, praeter gratiam habitualem, dicitur speciale ad auxilia opportune conferenda, & certissime, & superandas difficultates, ut perfectus decet. Quo pacto ipsi Apostoli resistebant persecutionibus, non per gratiam solum habitualem, sed per auxilia specialia quae Deus tempore opportuno illis abunde suppeditabat, sine quibus neminem quamvis iustificatum posse diu perseverare, docet Tridentinum sess. 6. can. 22. & experientia satis constat.

Ex his colligitur primo, sacramentum Confirmationis per se & ex primaria intentione Christi instituentis, non conferre gratiam primam, sed secundam: Nam gratiam conferre in modum augmenti, & corroborations, & aetatis adultae Christiani: Sed augmentum gratiae, supponit gratiam esse, & prius est fieri Christianum, quam corroborari & perfici, priusque est nasci, quam adolecere, & in virum perfectum evadere: Ergo &c. Dixi per se, nam per accidens interdum potest hoc sacramentum primam gratiam conferre, & peccata remittere, ut docet D. Thomas hic art. 7. ad 2. his verbis: Si aliquis adultus in peccato existens, cuius conscientiam non habet, vel si etiam non perficere voluerit accedere, dummodo non sitis accedere, per gratiam collatam in hoc sacramento consequitur remissionem peccatorum. De quo plura diximus Tractatu praecedenti, disp. 3. art. 5. §. 4. ubi ostendimus, omnia sacramenta vivorum, per accidens aliquando conferre primam gratiam, & prodesse mortuis dummodo non ita mortui sint, quin actum aliquem vitalem imperfecerunt, & pium aliquem motum fidei & attritionis exerceant.

Colligitur secundo, potiorum & praestantiorum esse effectum Confirmationis, quam Baptismi: sicut in naturalibus plus est id quod constituitur in statu aetatis perfectae, & corroboratae, quam id quod ab initio nostrae nativitatis habemus; & sicut Apostoli plus acceperunt die Pentecostes, quam in Baptismo: Unde Urbanus Epist. 1. cap. 7. docet homines per sacramentum Confirmationis ex instantibus fieri plene Christianos, & viros perfectos; & Rabanus lib. 1. de instit. Clericorum cap. 31. ut referetur de consecrat. dist. 5. cap. 5. haec scribit: Signatur Baptizantur christiane in summitate capitis per Sacramentum, per Postquam vero in fronte, ut in priori unctioe, significatur super ipsum Spiritus sancti descensus, ad habitum Dei conferendum; in secunda quoque, ut ejusdem Spiritus sancti seipsum gratia, cum omni plenitudine sanitatis & scientia & virtutis, venire in hominem declaratur.

Verum solus Episcopus sit ordinarius hujus sacramenti minister?

ARTICULUS V.

Potius Patriarcha Constantinopolitanus existimavit non solum Episcopum, sed etiam quemvis alium Presbyterum esse ministrum ordinarium Confirmationis, ut colligitur ex Epistola Nicolai 1. ad Hincmarum, relata a Baronio anno 867. Idem asseruit VViclef, ut constat ex Constantiensis sess. 8. & Armacanus de questionibus Armenorum lib. 11. cap. 4. id extendens etiam ad Diaconos, & afferens id ex sacra Scriptura elici, quavis decretis Ecclesiae oppositum sit denotum. Ut hic error impugnetur, & veritas Catholica stabilatur.

Dico breviter: ministri ordinarii Confirmationis sunt soli Episcopi.

Conclusio est certa de fide, & definita in Florentino in Decreto Eugenii, & in Tridentino sess. 7. can. 3. de Confirmatione, & sess. 23. can. 7. ubi anathematizat eos qui dixerint, potestatem confirmandi & ordinandi, quam Episcopi habent, illis esse cum Presbyteris communem.

Desumitur etiam ex Scriptura, nam Actor. 8. dicitur quod Christiani ab alibi baptizati, expectabant adventum Apostolorum, ut ipsis manus imponeretur, & acciperent Spiritum sanctum. At Episcopi successere Apostolis, ut ait Florentinum. Ergo ipsorum est hoc sacramentum conferre. Unde Eusebius Papa Epist. 3. ad Episcopos Thuciae, ut referetur de consecrat. dist. 5. cap. 4. Manus impositionis sacramentum magna veneratione eundem est, quod ab aliis perfectis non potest nisi a Summi Sacerdotibus, nec tempore Apostolorum, ab aliis quam ab ipsis Apostolis legitur aut fieri per alium esse. Item Innocentius IV. in Epist. ad Episcopum Tusulanum, Apostolica Sedis Legatum in regno Cypri: Sedi (inquit) Episcopi confertur Christus in frontibus baptizatos quia huius usque non debet nisi per Episcopum fieri, quantum huiusmodi quorum vires gerunt Episcopi per manus impositionem, quam confirmatio, vel sanctus Chrisma representat, spiritum sanctum tribuit legatur.

Triplex etiam institutio hujus congruentia adduci potest. Prima quam habet D. Thomas hic art. 11. desumitur ex similitudine tum artis, tum humanorum contractuum, in adificiis namque construendis inferiores ministri formam non imponunt sed solum materiam preparant architecto qui formam imponit: item epistola per Notarium pro Principe scripta, ordinario loquendo, sola manu Principis valide scribitur: fidelium autem Ecclesiae adificium quoddam divinum est, secundum illud 1. ad Corinth. 3. Dei aedificatio est, item est Epistola quaedam spiritu Dei in cordibus scripta, ut habetur 2. ad Corinth. 3. Licet ergo hoc adificium, haec epistola, per baptismum sacerdotum ministerio aedificetur & scribatur; quia tamen per sacramentum Confirmationis, domus quasi jam aedificata perficitur, dedicaturque in templum Spiritus sancti, & epistola jam scripta, signo crucis signatur, munus hoc solis superioribus artificibus & Pontificibus, seu Principibus Ecclesiae, est officio incumbit.

Secunda congruentia est, quod solus Episcopus in Ecclesia, est veluti dux in exercitu, ad quem pertinet milites recipere, & configurare.

Tertia quod cum Episcopus sit in statu perfectionis, Confirmatio vero sit perfectio & consummatio Baptismi, proprium ejus munus est, inferiores, mediante hoc sacramento, perficere, seu perfectos Christianos constituere.

Contra istam conclusionem objicit primo Armacanus factum Ananiae Actor. 9. Paulo manus imponentis. Verum ibi non est sermo de impositione manuum confirmativa, sed curativa, seu medicinali. Nec obest quod ibidem dicitur, Ut videat, & impleat Spiritus sancto; primum enim ad illam curativam, & medicalem manus impositionem pertinet, ut proximus & proprius illius effectus; secundum vero ad baptismum, de quo mox ibidem, & ad alia deinde secuta, referendum est.

Secundo objicit potest illud 1. ad Timoth. 4. Noli negligere gratiam qua est in te, qua data est tibi per prophetiam, cum impositione manuum Presbyteri. Quasi munus Presbyteri sit manus impositio, quae dicitur Confirmatio.

Sed responderet primo, quod ut notat D. Thomas ibi 11. lect. 3. alia littera habet: Manus Presbyteri, & haec lectio sola nunc habetur in Bibliis correctis, iussu Clementis VIII. Unde illa particula non designat ministrum, sed modum, seu speciem illius manus impositionis, quae non in hoc sacramentum Confirmationis, sed Ordinis.

Responderet secundo, stando in alia lectione, quod in Scriptura, nomine Presbyteri, saepe intelligitur Episcopus, quia Presbyter idem est quod senior, ut ibidem notavit S. Thomas. Similiter nomen sacerdotis, olim specialiter accommodatum erat Episcopis, ut videre est in multis Conciliis

De Sacramento Confirmationis.

Concilio Toletanis, & in Sidonio Apollinari lib. 9. Epist. 3. ad Funium. Unde quando S. Ignatius Epist. 13. & S. Ambrosius lib. 3. de sacram. cap. 2. dicunt Spirituale signaculum, & seipsum Spiritum sanctum, dari ad invocationem Sacerdotis, nomine Sacerdotis, intelligunt Episcopum.

Obijcit tertio, quod apud Armenos & Graecos, ex veteri consuetudine, Presbyteri solum confirmant.

Sed respondeo primo: ex moribus schismaticorum non posse sumi validum argumentum. Secundo dico, Presbyteros Graecos sacramentum conferre ex concessione Summi Pontificis, ut patet ibi dicendis articulo sequenti.

Obijcit quarto: Concilium Toletanum l. cap. 20. Aracanicum l. can. 2. & Innocentius l. Epist. 1. cap. 6. dicunt Presbyterum, absente Episcopo, praesente vero, non nisi fuerit ab ipso preceptum, posse alios ungere chrismate: Ergo ministri ordinarii Confirmationis non sunt soli Episcopi.

Respondeo: concessio Antecedentem, negando consequentiam, Concilium enim Toletanum non loquitur de unctione chrismatis in fronte, in qua consistit Confirmatio, sed de ceremoniali unctione, quae fit in vertice baptizati: Aracanicum vero loquitur de reconciliatione sollemni qua olim ad Ecclesiam Graecorum recipiebant haeretici, qui ab haereticis convertebantur; ungebantur enim forte ut suppleretur ceremonia ab Ecclesia in baptismo adhiberi solita, quas haeretici omiserunt. Denique Innocentius aperte loquitur de ceremoniali, qua ungebatur emergenti, ut demon expelleretur. Ratio autem horum omnium est, quia non licebat olim simplicibus Sacerdotibus ulla ratione aliquem ungere chrismate, immo nec baptizare, nisi jubente aut procul absente Episcopo, & necessitate aliqua urgente, ut patet ex Epistola 88. Leonis in fine, ubi sic habetur: Sed neque coram Episcopo licet Presbyteris in baptisiorum introire, nec praesente Anathema, infamem ingerere, aut signare.

ARTICULUS VI.

An possit Sacerdos confirmare ex commissione Papae, vel Episcopi?

§. I.

Referuntur sententiae, & tertia ut verior & probabilior eliciatur.

In hujus difficultatis resolutione tres sunt Auctorum sententiae, duae extremae, & tertia media. Prima docet solum Episcopum ita de jure divino esse sacramenti Confirmationis ministrum, ut neque Episcopi, neque Summus Pontifex, possint committere simplicibus Sacerdotibus, quod Confirmationem valide administret. Ita Durandus, Adrianus, Estius, Petrus Aurelius, & Catamgryritus, qui oppositam sententiam vocat haereticam, more suo definiunt, ut ait Vericelli infra citandus.

Secunda asserit simplicem Sacerdotem posse esse ministrum extraordinarium hujus sacramenti, non tantum ex dispensatione Summi Pontificis, sed etiam ex commisso Episcopi, stando in solo jure divino, & seclusa prohibitione facta a Summo Pontifice. Haec tenent Salmeronius tomo 12. in Acta Apostolorum Tractatu 26. Basilii Pontius in relect. de Confirmat. & Martinus Ledesma.

Tertia sententia, quae est media, & pro qua Vericelli Tractatu de missionibus Apolliticis tit. 7. quest. 129. refert Auctores quinquaginta sex, censet quod simplex sacerdos ex commissione & dispensatione Papae, non vero Episcopi sacramentum Confirmationis conferre potest.

Dico primo: Ex dispensatione & commissione Papae, simplicibus Sacerdotibus valide & licite confirmare possunt.

Probatur primo ex Florentino in decreto Eugenii, ubi postquam definitum ministrum sacramenti Confirmationis esse Episcopum, subdit: Legitur tamen aliquando, per Apostolicam Sedis dispensationem, ex rationabili & urgente admodum causa simplicem Sacerdotem, chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse Confirmationis sacramentum. Quibus verbis licet Eugenius expresse non definat nostram sententiam, implicite tamen eam approbat, & gravissimum, ut ajunt Valentia, Candidus, Caltrapala, & alii, ipsi asserit auctoritatis pondus.

Nec valet quod respondent aliqui ex Aversariis, nimirum Concilium ibi quidem retulisse dispensationem factam esse aliquando a Sede Apostolica, eam tamen non approbasse. Hoc enim est manifeste contra verba Concilii, quia Concilium dicitur rationabili causa dispensasse Sedem Apostolicam, ut simplex Sacerdos confirmaret: Sed non potest esse rationabilis causa ad conferendum sacramentum invalidum & nullum, hoc enim sacramentum non est, sed sacrilegium, & fallax imitatio sacramenti: Ergo, &c.

Probatur secundo conclusio ex duobus aliis Conciliis, Tridentino nimirum & Senonensi: Tridentinum enim sess. 7. can. 3. de Confirmatione, cum ait solum Episcopum esse ministrum ordinarium hujus sacramenti, satis aperte innuere videtur, alium esse posse extraordinarium, scilicet Sacerdotem, ex dispensatione & concessione Summi Pon-

tificis. Senonense vero videtur omnino supponere facerdotem simplicem ex privilegio posse confirmare, cum ait in decretis morum cap. 38. Si qui sint (loquitur de Abbatibus) qui consentiant sibi comperere facultatem confirmandi ex privilegio, volumus quod cum primum fuerint requisiti de privilegio, sicut facere tenentur.

Probatur tertio ex facto S. Gregorii I. qui lib. 3. Ep. 9. prohibuit Presbyteris Sardinia, ne confirmarent: at cum intellexisset scandalum inde ortum, concessit iis confirmandi licentiam, ut referitur in cap. Perennis dist. 95. & testatur Baronius anno 594. Sic autem ait S. Gregorius: Perennis ad nos, quosdam scandalizatos fuisse, quod Presbyteros chrismate ungere eos qui baptizati sunt, prohibuimus. Et nos quidem scandalum istum veterem Ecclesiam vestra fecimus, sed si omnino hoc de causa aliqui contraxerunt, ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate tangere valeant, concedimus.

Respondent Estius & Aurelius, D. Gregorium solum cum illis sacerdotibus dispensasse, ut quando baptizarent, ungerent in fronte, unctione quadam caeremoniali, non vero sacramentali, sive ut unctionem qua fit in peccatore vel in haereticorum, qui baptizantur, eandem in fronte facerent.

Sed contra est concilium Florentinum citatum, quod concessionem illam intellexit de sacramento Confirmationis. Eodem modo eam intellexit D. Thomas hic art. 11. nam cum sibi primo loco obijcerit: Videtur quod non solum Episcopum hoc sacramentum conferre possit, Gregorius enim scribens Januario Episcopo dicit: Perennis ad nos quosdam scandalizatos fuisse, &c. sic respondet: Ad primum dicendum, quod Papa in Ecclesia habet plenitudinem potestatis, ex qua potest quaedam quae sunt superiorum ordinum committere quibusdam inferioribus, sicut quibusdam Presbyteris concessit conferre minores ordines, quod perennis ad praesentem Episcopalem; & ex hac plenitudine potestatis concessit beatus Gregorius Papa, quod simplices Sacerdotes hoc sacramentum conferrent, quantum scandalum tolleretur.

Respondent alii, quod tempore D. Gregorii omnes Sacerdotes erant Episcopi, quamvis non omnes haberent jurisdictionem Episcopalem, sed unus dumtaxat in singulis civitatibus, qui per autonomiam nomen Episcopi retinebat, & solus regulariter sacramentum Confirmationis administrabat.

Sed in primis haec responsio est contra Florentinum, & D. Thomam, qui loquentes de illa dispensatione, eam de simplici sacerdote exposuerunt. Deinde impugnatur ex eo quod licet probabile sit quod initio Ecclesiae omnes sacerdotes erant Episcopi, tamen incredibile omnino est, quod illa consuetudo simul cum dignitate sacerdotis consecrationem Episcopalem conferendi, adhuc duraret tempore D. Gregorii, cum jam multi essent Presbyteri, & ante D. Gregorium dixerit Eusebius Papa articulo praecedenti citatus, Confirmationem datam a sacerdote, esse irritam.

Tertio alii dicunt sacerdotes illos quibus facultatem confirmandi concessit D. Gregorius, fuisse per ipsam constitutos, quantum ad istum actum, Episcopos.

Sed contra: Cum ordo Episcopalis consistat in indivisibili, si Sacerdotes illi Episcopalem ordinem receperant, vere fuerunt Episcopi, & consequenter nulla fuit cum eis dispensatio: quod si non receperunt illum ordinem, nullo modo constituti sunt Episcopi. Adde quod absentes, quales erant illi Sacerdotes, nullo modo possunt ordinari.

Probatur quarto conclusio variis Auctorum testimonis, qui asserunt facultatem confirmandi saepe simplicibus sacerdotibus fuisse commissam. In primis enim haec consuetudinem, tradit Auctor coevis Ambrosio, & qui citatur nomine Ambrosii, in cap. 4. Epistola ad Ephesios, & Auctor librorum veteris testamenti, qui sub nomine Augustini communiter citatur: nam quest. 101. sic ait: In Alexandria, & per totam Aegyptum, si desit Episcopus, assignatur Presbyter. Item in Ecclesia Graeca, jam pridem, & diu ante Christum, inductum morem fuisse, ut Presbyteri Graeci darent communiter Confirmationem, ex concessione videlicet Summi Pontificis, tacita, vel expressa, eaque de re non fuisse reprehensos in concilio Florentino, scribit Arcudius lib. 2. de Sacramentis cap. 10. Immo consuetudinem illam Ecclesiae Graecae tacite approbasse videtur Eugenius & concilium: nam sess. 25. cum Eugenius undecim questionibus Graecis proposuisset, inter quas sexta erat, Cur non Episcopi, sed Sacerdotes, inungant Sacro Chrismate, cum hoc Pontificibus sit datum? addit in fine Concilium: Haec a Latinis obijcta, Myronensis Praesul, legitime, & secundum Canonem, omnia dissolvit, praeterquam duo, videlicet separationem maritoniis quod vinculum, & creationem Patriarchae extra Constantinopolim.

Denique plura extant diplomata, quibus non ita pridem permittum est a Summi Pontificibus, aliquibus sacerdotibus, ut sacramentum Confirmationis conferrent: nam pro Indis hanc facultatem concesserunt fratribus Minoribus Joannes XXII. & Leo X. ut patet ex Roderico in suo Bullario Regularium, in Bulla 3. Leonis X. Idem concessit aliquibus Patribus Societatis Jesu Gregorius XIII.

ut restantur Arcadius, Suarez, Candidus, & alii. Item idem Gregorius concessit ut Abbates, qui asserunt se habere privilegium confirmandi a Sede Apostolica, id agant cum consensu ordinarii, ut testatur ex Armendariz Barbosa, de potestate Episcopi, Allegat. 30. num. 5. Unde Concilium Senonense supponit Abbates posse confirmare ex privilegio Sedis Apostolicæ, ut supra ostendimus, idque etiam Sacra Congregatio Cardinalium interpretum Concilii, circa sess. 7. declaravit. Immo Aversa q. 73. sess. 5. concl. 2. asserit quod in Italia Abbas Sanctæ Barbaræ Mantuanus, facultatem a Sede Apostolica habere dicitur hoc sacramentum administrandi.

93 Dico secundo, Episcopos non posse committere Presbyteris ut conferant, sed jure divino id soli Romano Pontifici reservatum esse.

Probat primum ex Florentino; nam in Decreto Eugenii, ut specialis prerogativa Sedis Apostolicæ referatur, quod per ejus dispositionem aliquando simplices Sacerdotes confirmaverint, clare insinuans, id nec concessum fuisse ab aliis Episcopis, nec valere, si concederetur. Item si Patres Concilii Florentini non supposuissent tanquam certum, Presbyteros non posse ex sola commissione Episcopi confirmare, non proposuissent sess. 25. Grecis illam questionem: Car non Episcopi, sed Sacerdotes inaugurant sacro Chrismate? Ergo, &c.

94 Probat secundo ex D. Thoma supra citato: Ut enim probet Summum Pontificem posse concedere simplici Sacerdoti facultatem confirmandi, recurrit ad plenitudinem & eminentiam potestatis, quæ est in solo Romano Pontifice, Christi Vicario: Ergo censet Episcopos non posse concedere Presbyteris ut conferant, idque esse reservatum de jure divino soli Romano Pontifici.

95 Probat tertio conclusio ratione fundamentalis: Quæ spectat ad regimen totius Ecclesiæ, de jure divino soli Romano Pontifici competere, cum illi soli a Christo universalis Ecclesiæ commissio sit; unde solus Summus Pontifex, non autem Episcopus, potest infallibiliter determinare dogmata fidei: item quoad ea sacramenta in quibus non est determinata certa forma, vel materia, solus Summus Pontifex potest eam determinare, non autem Episcopus. Sic solus Summus Pontifex potuit determinare formam Confirmationis, quia hæc non fuit determinata a Christo, prout fuit determinata forma Baptismi. Sic etiam Concilium secundum Oecumenicum, a Sede Apostolica approbatum, determinavit formam quæ Græci in Confirmatione utuntur, nempe Signaculum domini Spiritus sancti. Sic denique solus Summus Pontifex potuit determinare, & nunc etiam potest variare formam benedicendi sacrum chrisma, non autem Episcopus, quia ista omnia spectant ad regimen totius Ecclesiæ: At providere de idoneo ministro Confirmationis in aliquibus casibus extraordinariis, in quibus Episcopus adesse non potest ad illud sacramentum ministrandum, etiam spectat ad regimen totius Ecclesiæ, nam ritus sacramentorum ad universam Ecclesiæ regimen pertinent: Ergo committere Presbyteris ut conferant in aliquibus casibus extraordinariis, de jure divino Summo Pontifici reservatum est.

96 Confirmatur: Cum nullum esset decretum Summi Pontificis, prohibens Episcopis ne conferant simplici Sacerdoti hoc privilegium, si jure divino illud concedere possent Episcopi, non esset cur illa potestate aliquando non usi essent: Ergo cum nunquam legatur, Presbyteros ex Episcopi iustitiam confirmare, sed tantum ex Sedis Apostolicæ privilegio, signum est, quod ex Christi institutione descendit, quod solus Summus Pontifex, ob suam plenitudinem potestatis, potest constituere simplicem Sacerdotem ministrum extraordinarium Confirmationis, sicut solus Summus Pontifex, non autem Episcopus, potest committere Presbytero, ut conferat minores Ordines.

S. II.

Solvuntur objectiones.

97 Obijes primo contra primam conclusionem: Eusebius, & Innocentius IV. articulo precedenti relati docent sacramentum Confirmationis non posse unquam ab aliis conferri, nisi a Summis Sacerdotibus, seu Episcopis; idemque habet Melchisedas in Epistola decretali ad Episcopos Hispaniæ. Item Innocentius III. cap. 4. de consecratione, constituit ut fideles potius careant sacramento Confirmationis, quam ut a Presbyteris illud acciperent: At si potuissent Presbyteri ex commissione Summi Pontificis confirmare, id debuissent potius Summus Pontifex ipsi concedere, quam privare fideles illo sacramento: Ergo non possunt Presbyteri ex commissione Summi Pontificis sacramentum Confirmationis conferre.

98 Respondeo quod quando tres primi Summi Pontifices asserunt solos Episcopos posse sacramentum Confirmationis conferre, loquuntur de potestate ordinaria; non negant tamen id posse Presbyteros de potestate extraordinaria, & ex commissione Summi Pontificis. Adde quod, cum Pres-

byteri Chrismate duntaxat ab Episcopo confecto confirmari possunt, Episcopi etiam tunc manu Presbyterorum confirmare videntur.

Ad decretum vero Innocentii IV. dicendum est, Pontificem loco citato solum declarasse, factus esse carere Confirmatione, etiam in necessitate, quam illam petere a Sacerdotibus nonnullis; qui licet non haberent ad hoc speciale commissio Sedis Apostolicæ, sua tamen tenentate confirmabant, pretendentes consuetudinem.

Obijes secundo: Si Summus Pontifex potest facultatem confirmandi concedere simplici Sacerdoti, vel id potest ratione potestatis ordinis, vel ratione potestatis jurisdictionis? Non ratione potestatis ordinis: omnes enim Episcopi, æqualem potestatem ordinis habent cum Summo Pontifice, & tamen non possunt hanc facultatem concedere simplici Sacerdoti. Neque ratione potestatis jurisdictionis: Tum quia confirmare non dependet a potestate jurisdictionis, sed ordinis; proindeque nec potestatem concedere ad confirmandum: Tum etiam quia alius potest Summus Pontifex, antequam esset consecratus in Episcopum, quando solum electus est, facultatem illam concedere, quod tamen videtur falsum, quandoquidem ipse non potest tunc confirmare: Ergo, &c.

Confirmatur: Si solus Summus Pontifex facultatem confirmandi concedere simplici Sacerdoti, etiam illam poterit conferre Diacono, cum neuter habeat ipsam ordinem Episcopalem: Sed hoc secundum non potest, ut communitur docent Theologi: Ergo nec primum.

Ad objectionem respondeo, Summum Pontificem posse concedere simplici Sacerdoti facultatem confirmandi, ex plenaria potestate jurisdictionis quam habet in tota Ecclesiâ. Ad primam probationem in contrarium dico quod licet confirmare non dependeat a potestate jurisdictionis, quando potestas ordinis ad confirmandum est completa & perfecta, qualis est potestas Episcopalis; dependet tamen a suprema jurisdictionis potestate in Summo Pontifice existente, quando est, sicut potestas simplicis Sacerdotis, incompleta ad illum effectum. Ad secundam probationem, concedo sequelam, licet enim Summus Pontifex rite electus, nondum tamen Sacerdos, non potest confirmare, quia confirmatio est actus ordinis, potest tamen simplici Sacerdoti potestatem confirmandi committere, quia ista commissio est solum actus jurisdictionis: Sicut Episcopus electus, & confirmatus a Papa, nondum tamen ordinatus Sacerdos, potest sacerdoti dare facultatem audiendi confessiones, quas ipse audire nequit.

Ad confirmationem nego sequelam Majoris: operatio enim sacramentalis in corpus Christi mysticum procedere debet ab habente potestatem in corpus Christi verum, quam tamen non habet Diaconus quandoquidem nequit consecrari: Unde D. Thomas in 4. dist. 7. q. 3. art. 3. quaestione. 3. Promovere ad illas perfectiones quæ non respiciunt corpus Domini verum, sed solum corpus mysticum, potest a Papa qui habet plenitudinem potestatis potestatis committere Sacerdoti, qui habet actum summum super corpus Domini verum, non autem Diacono, vel alicui inferiori, qui non habet potestatem corpus Domini verum, sicut ne absolvere in foro penitentiali.

Obijes tertio: Sine ministro instituto a Christo non potest perfici sacramentum; ministrer enim non minus est de integritate, vel saltem de necessitate sacramenti, quam materia & forma: Sed minister Confirmationis a Christo institutus, non est simplex Sacerdos, sed Episcopus: Ergo non nisi ab ipso, & non a simplici Sacerdote, potest aliquando hoc sacramentum conferri.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, licet enim solus Episcopus habeat ex institutione Christi esse minister ordinarius Confirmationis, habet tamen ex eadem institutione simplex Sacerdos, ut minister extraordinarius illius officii possit, per commissionem Summi Pontificis.

Dico, collata hæc commissione simplici Sacerdoti, vel per potestatem ordinis habet quod potest confirmare, vel per potestatem jurisdictionis: Non per potestatem ordinis, alius cum per commissionem hanc nullum ordinem recipiat, idem potest absque commissione. Neque per potestatem jurisdictionis, alioquin id potest laicus, utpote qui cuiuscumque jurisdictionis est capax: Ergo, &c.

Respondeo, simplicem Sacerdotem, commissione non firmam a Sede Apostolica obtenta, posse consequenter confirmare per potestatem ordinis, ut notantem tamen talem commissionem, subindeque & potestatem jurisdictionis supremae, in summo Pontifice: ex quo fit, quod licet laicus sit capax cuiuscumque potestatis jurisdictionis, non tamen potestatis confirmandi, etiam ex commissione Sedis Apostolicæ.

Obijes quarto contra secundam conclusionem. Quidquid potest Papa in tota Ecclesiâ, potest Episcopus in sua diocesi: Ergo sicut Summus Pontifex potest dispensare cum simplici Sacerdote, ut Sacramentum Confirmationis conferre possit in tota Ecclesiâ, ita & Episcopus, ut illud conferre valeat in sua diocesi.

Respondeo distinguendo Antecedens: Quidquid potest Papa in tota Ecclesiâ, potest Episcopus in sua diocesi, quoad ea que

es que potest Pontifex ratione ordinis seu consecrationis Episcopalis, transeat Antecedens. Quoad ea que potest ratione jurisdictionis, nego Antecedens. Committere autem simplici Sacerdoti officium confirmandi, non ordinis, sed jurisdictionis est, quam in Ecclesiâ habet supremam Pontifex Romanus. Dixi transeat Antecedens, quia non improbabile aliquid dicant, in consecratione summi Pontificis magis extendi characterem ordinis, quam in consecratione Episcopi, subindeque in summo Pontifice characterem ordinis esse altioris gradus & excellentiæ ad characterem Episcopalem.

Obijes ultimo: Presbyteri Græci sacramentum confirmationis administrare solent, quod confutatio quarto seculo incepit, ut probat Vericelli de Apostolicis missionibus tit. 7. q. 130. Sed id tunc temporis non praestabant Sacerdotes Græci ex commissione Romani Pontificis, cum tale privilegium non appareret: Ergo id ex commissione solius Episcopi facebant.

Respondeo negando Minorem, nam ut ait Vericelli loco citato Romani Pontifices, vel expresso privilegio, quod temporum injuria non apparet, vel approbativa tolerantia, consenserunt Græcos Presbyteros, baptizare & confirmare infantes. Quod autem Sedes Apostolica consenserit expresse vel tacite, probat, quia Sedes Apostolica, antequam ab ea desisteret Oriens, annuatim christina mittere solita erat Constantinopolitanis, ut restatur Arcudius in concordia Ecclesiæ Occidentalis & Orientalis, lib. 2. cap. 9. Ergo non est verisimile, Romanum Pontificem a suis Apostolicis non fuisse certioratum ejus more Græcorum Presbyterorum confirmandi infantes; quare vel expresse concessit, vel tacite, nam facillime negotio potuisset tunc prohibere; cum enim Constantinopolitanis tantam reverentiam tunc deferret Romane Ecclesiæ, ut ab ipsa peterent sacrum chrisma, quod poterant ex ordinis potesta-

te ipsimet consecrare: quanto magis obsequentes fuissent; & abstinentes Presbyteri a conferendo sacramento confirmationis, quod sine licentia Romani Pontificis invalide ministrasset: at solita benignitate Romana Sedes id indulgit Græcis, ut ita facilius a perniciosa illa consuetudine baptizandi in adulta ætate recederent, prout recesserunt. Eandem Ecclesiæ Græcæ consuetudinem tacite approbasse videtur Eugenius IV. & Concilium Florentinum sess. 25. ubi cum Eugenius (ut supra retulimus) undecim questionibus Græcis proposuisset, inter quas sexta erat: Cur non Episcopi, sed Sacerdotes inaugurant sacro chrismate, cum hoc Pontificibus sit datum? addit in fine Concilium, Hæc a Latinis objectionibus, Mylenensis Presul, legitime, & secundum Canones, omnia dissolvit, præterquam duas, videlicet separationem matrimonii quoad vinculum, & creationem Patriarchæ extra Constantinopolim: Ergo tacite Eugenius cum Copelito approbavit ritum Græcum confirmandi per Presbyteros.

Dico: Innocentius III. in c. Quanto de consuetudine, prohibuit ne Presbyteri Constantinopoli commorantes confirmarent infantes. Idem prohibuisse omnibus Presbyteris Græcis Innocentium IV. fatetur Arcadius lib. 2. c. 15. Ergo Ecclesiâ Romana, nec expresse, nec tacite approbat ritum Ecclesiæ Græcæ confirmandi per Presbyteros.

Respondet Arcudius, Innocentium III. prohibuisse solum Latinis Presbyteris Constantinopoli commorantibus, ne confirmarent infantes: Bullam autem Innocentii IV. non fuisse publicatam a Pontifice Legato.

Sed quidquid sit de hoc, melius responderetur cum Vericelli citato, quod esto aliqui Pontifices id prohibuissent Græcis, tamen cum Eugenius IV. in Concilio Florentino approbaverit ritum Græcorum, revocavit quoad hoc consuetudinem Innocentii III. & IV. qui per ducentos fere annos Eugenium III. præcesserunt.

TRACTATUS QUARTUS DE SACRAMENTO EUCHARISTIÆ.

Ad Questionem 73. D. Thome, usque ad 84.

P R E F A T I O.



TSI nullum Religionis mysterium sit, quod non merito ingens amoris miraculum nuncupare liceat; adeo tamen cetera superat unum Eucharistiæ sacramentum, adeoque insolitum, & stupenda completitur, ut potiori jure inter amoris miracula summum, ultimus amoris conatus quo vires suas experiri voluit, utinamque mens dici possit, & quo Salvator (ut Trid. sess. 13. cap. 2. inquit) sui amoris divitiis omnes effudit. Non miror quæ a sanctis Patribus in hujus sacramenti commendationem plurima congesta sunt, neque supra verum est quod jam inter prima nascentis Ecclesiæ initia Martyr Ignatius scriptis esse antiodotum mortis, pharmacum immortalitatis: quod postea Hieronymus, omnium novitatum novitatem esse: quod Germanus Patriarcha Constantinopolitanus, esse arcum laninum: quod Damascenus, esse officium miraculorum: quod Græci Patres Sabua Samaritanæ & quæcunq; in fo-

let, Bernardus, Sanctum Sacramentum, Sacramentum Sacramentorum, amorem amorum, dulcedinem dulcedinum; & iterum cum in sponsam compellat, Gratulatur Sponsæ, gaude incomparabiliter gloriosa & amabilis Sponsa. In terra sponsum habes in sacramento, in calis habitura es sine velamento. Et hic & ibi veritas, sed hic palliata, ibi manifestata. Multo plura exagrativè Mathæus Veritasiesia, dum ita præloce Sacram Eucharistiæm his nominibus nuncupat: Redemptiois memorialis, pignus hereditatis æternæ, futura jucunditatis amabile præhodium, arria Sponsæ, jocule divinum cælitus et donatum, Ecclesiæ militantis cum triumphante suave glutinum, & unio fraterna, dum eam dulcedinem qua illa fruitur sine velamento, ista habet sub sacramento; & si illa cælitis Jerusalem habet Deum suum jucundissimum, ista in terra militans habet eum mirabilissimum: Unde pio cum Cardinali Turresemata in episcopo de divinissimo Eucharistiæ Sacramento, non ita pridem reperto exclamare licet: O caritas Christi omni admiratione major! Siquis porcorum vix digni sumus, & Angelis commensales & convivæ facti sumus; panem enim cæli dedit eis; panem Angelorum manducavit homo. Nec solum nobis panem omne delectamentum in se habentem porrigit, sed quod non sapore defestat oportet, suus in hominum convivæ delicias amor constituit, Constituantur Domino misericordie ejus, & mirabilia ejus filijs hominum. Quid tibi o anima potuit de calorum vertice stillari suavis, vel porrigi delectabilis; quam quod universonum Dominus, totius boni fons & plenitudo, delicias arbitretur suas esse cum filijs hominum? O dura & obdurata corda filiorum Adam, gelida proflus eorum pectora, qua tanto amoris incendio non incenduntur, & liquefunt! Sed eam omnem commendationem, si quis ceteris excogitanda reliqua sit, mihi videretur Tridentinum hoc uno verbo complexum fuisse, amoris sui divitiis omnes in hoc Sacramento Salvatore effudit. Unde festivo quidam dixit: hic Hercules divinus amor potuit, fixitque columnas, & dixit, non plus ultra: scilicet excurrit quantum potuit divinus amor, & cum ultimam metam, extremamque limitem in Eucharistiæ sacramento attingit, spatii magnitudinem & cursus velocitatem miratus ac penè stupens stetit, postisque columnis dixit, non plus ultra.

Sane est quod post hujus sacramenti institutionem & usum aliud Ecclesiæ desideret: habet in uno cibo integram hereditatem, ut illud Isaac varietinum impletum sit: Cibabo te hereditate Jacob. Hic enim divina Eucharistiæ cibus; una hereditas est a novissimo jamjam, & testamentum condente Christo Ecclesiæ constituta, ejus vacuum, nequamque imaginem cumularum felicitate Jacobum, Isaac patrem existimabat. Ita enim Isaac præcedit cum jam suis votis, & Jacobi filii felicitatem, nullam mensuram adhiberet, sed divitiis omnes & cæli, & sit est fundenda & congreganda propter: Det tibi Dominus de rore Cæli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti & vini, Sed quid rores & cæli, & visceribus terræ pinguedine abundantia significet, si ad Ecclesiam referatur? Non est adeo difficultatis hujus figura explicatio, ut divinatione opus sit: ubi vini & frumenti mentio inclit: Sed ut hujus vaticinii mysterium sume detegam, Isaac alim Divini Verbi personam, non alio quam rores nomine, miranda postulat: Rorate cæli deluget: nec alia terra fecundior est, quam beata Virgini, quam idem Vates aperiri, & insar gemitis parvire Salvatore parat: Aperiat terra, & germinet Salvatorem, Cum igitur Eucharistiæ sacramentum, Angeli

Theol. Gonet, Rom. V.